Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Avli Gellii Noctivm|| Atticarvm Li-||bri Vndevi||ginti

Gellius, Aulus

Venetiis, 1515

Capita Decimisexti Libri.

urn:nbn:de:gbv:45:1-724024

Visual Library

metrium, cum ab eo obſiderentur ſuper illa inclyta Hyaliſi imagine, Caput XXXI.

CAPITA DECIMI SEXTI LIBRI.

Verba Muſonij philoſophi græci digna atq; utilia audiri, obſeruariq;, eiuſdem utilitatis ſententia à M. Catone multis ante annis Numantiæ ad æquites dicta. Caput I.

Cuiuſmodi ſit lex apud dialecticos percõctãdi, diſſerendiq;, & quæ ſit eius legis reprehenſio. Caput II.

Quanam ratione effici dixerit Eraſiſtratus medicus, ſi cibus forte deerit, ut tolerari aliquantiſper inedia poſſit, et tolerari fames. Verbaq; ipſa Eraſiſtrati ſuper ea re ſcripta. Caput III.

Quo ritu, quibusq; uerbis fecialis Po. Ro. bellum indicere ſolitus ſit ijs, quibus Po. Ro. bellum fieri iuſſerat. Et item in quæ uerba conceptum fuerit iuſiurandum de furtis militaribus ſanciendis, et uti milites ſcripti intra prædictum diem in loco certo frequẽtarẽt, cauſis quibuſdam exceptis propter quas id iuſiurandum remitti æquum eſſet. Caput IIII.

Veſtibulum quid ſignificet, deq; eius uocabuli rationibus. Caput V.

Hoſtiæ quæ dicuntur bidentes, quid ſint, et quã ob cauſam ita appellatæ ſunt, ſuperq; ea re P. Nigidij, & Iulij Higini ſententiæ. Caput VI.

Quod Laberius uerba pleraq; licentius, petulantiusq;

ſinxit, & quod multis item uerbis utitur, de quibus an ſint latina quæri ſolet. Caput VII.

Quid ſignificet, & quid à noſtris appellatum ſit quod ἀξίωμα dialectici dicunt. Et quædam alia, quæ prima in diſciplina dialectica traduntur. Cap. VIII.

Quid ſignificet uerbum in libris ueterũ creberrime poſitum ſus'q; de'q;. Caput IX.

Quid ſint proletarij, quid capitecenſi, quid item ſit in XII tabulis aſſiduus, et quæ eius uocabuli ratio ſit. Caput X.

Hiſtoria ex Herodoti libris ſumpta de Pſyllorum interitu, qui in ſyrtibus Africanis colebant. Caput XI.

De iis uocabulis, quæ Cloacius Verrius aut ſatis commode, aut nimis abſurde, & illepide ad origines linguæ græcæ redegit. Caput. XII.

Quid ſit municipium, & quid à colonia differat, & qđ ſint municipes, quæ'q; ſit eius uocabuli ratio ac proprietas, atq; inibi, quod diuus Adrianus in ſenatu de iure atq; uocabulo municipum uerba fecit. Caput XIII.

Quod M. Cato differre dixit properare & feſtinare. et q̃ incommode Verrius Flaccus uerbum, quod eſt feſtinat interpretatus ſit. Caput XIIII.

Quid Theophraſtus mirum de perdicibus ſcriptum reliquerit. Et quid Theopompus de leporibus. Caput XV.

Agrippas à partus ægri & improſperi uitio appellatos, de'q; ijs deabus, quæ uocantur Proſa, et Poſtuerta. Caput XVI.

Quæ ratio uocabuli ſit agri uaticani. Cap. XVII.
Lepida quædam memoratu, & cognitu de parte geometriæ, quæ ὀπτικὴ appellatur. Et item alia, quæ μετρική, & tertia itidem, quæ dicitur κανονική.
Caput XVIII.
Sumpta ex hiſtoria Herodoti libro primo ſuper fidicine Arione. Caput XIX.

CAPITA DECIMISEPTIMI LIBRI.

Quod Gallus Aſinius, et Larius Licinius ſententiã Marci Ciceronis reprehenderunt ex oratione, quam dixit pro M. Cœlio. & q̃d aduerſus homines ſtolidiſſimos pro eadem ſententia uere digneq; dici poſſit. Cap. I.
Verba quædam ex Q. Clau. annalium primo curſim in legendo notata. Cap. II.
Verba Marci Varronis ex libro quinto & uiceſimo humanarum, quibus contra opinionem uulgariam interpretatus eſt Homeri uerſum. Caput III
Quid Mænander poeta Philemoni poetæ dixerit, à quo ſæpe indigne in certaminibus comœdiarum ſuperatus eſt. et q̃d ſæpiſſime Euripides in tragœdia ab ignobilibus poetis uictus eſt. Cap. IIII.
Nequaquam eſſe uerum, quod minutis quibuſdam rhetoricæ artificibus uideatur M. Cicer. in libro, quem de amicitia aſcripſit uitioſo argumento uſum ἀμφισβητούμενον. totumq́;, id conſyderatius tractatum, ex-

Landesbibliothek Oldenburg